***2112** tabula marmorea alta m. 0,90 lata m. 1,65 crassa cm. 1½; litterae in praescriptione altae sunt cm. 3,2, in ipso titulo primum cm. 2, deinde declinant ad cm. 1. *In un terreno dei signori Frezza possidenti di Civitalavinia alla distanza di questo castello un mezzo miglio circa verso levante si scuoprirono casualmente al cadere dell' anno 1816 nel farsi i lavori campestri, molti pezzi di antico marmo, quali diligentemente riuniti presentarono una lunga iscrizione* RATTI. Ex minutis his frustulis numero plus quinquaginta tabula in integrum paene restituta collocata est Civita Lavinia in aedibus Frezza, ubi hodie quoque extat. — Praeterea de loco ubi prodiit, haec habet RATTI: *Il luogo, dove fu ritro-*

a. 136 *l. ceionio* · COMMODO SEX · VETTVLENO · CIVICA
pompeio i · TEMPLO · ANTINOI · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS
*patronu*S · MVNICIPI · CONVENTVM HABERI IVSSERAT · PER · L · POMPEIVM
VM · Q Q CVLTORVM · DIANAE · ET · ANTINOI · POLLICITVS · EST · SE
ATVRVM EIS EX LIBERALITATE SVA · HS · XV · M · N · VSVM · DIE
*natali*S · DIANAE · IDIB · AVG HS · CCCC N ET · DIE NATALIS ANTINOI · V · K ·
dec HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB IPSIS CONSTITVTAM · SVB · TETRA
*stylo a*NTINOI · PARTE · INTERIORI · PERSCRIBI · IN · VERBA · INFRA SCRIPTA
a. 133 *m. antonio hiber*O · P · MVMMIO · SISENNA · COS · KAL · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE DIANAE
ET · ANTINOI · CONSTITVTVM L · CAESENNIO · L · F · QVIR · RVFO · DICT · III · IDEMQ · PATR
KAPVT · EX · S · C · P · R
QVIB*us coire co*NVENIRE · COLLEGIVMQ · HABERE LICEAT · QVI · STIPEM · MENSTRVAM CONFERRE VO
*LENt in fun*ERA · IN · IT · COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS COLLEGI · NISI SEMEL IN MEN
*SE c*OE*ant co*NFERENDI · CAVSA · VNDE DEFVNCTI · SEPELIANTVR
*quod fa*V*ST*u*m fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVSQVE
*do*MVS *aug. NOBIS n*OSTRIS · COLLEGIOQ · NOSTRO ET BENE ADQVE · INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS VT
EXITVS · DE*fu*NCTORVM · HONESTE PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE CONFERENDO VNIVERSI CONSENTIRE
DEBEMVS · V*t long*O · TEMPORE · INVETERESCERE · POSSIMVS · 7 TV · QVI · NOVOS IN HOC COLLEGIO
INTRARE VOLE*s p*RIVS · LEGEM PERLEGE ET · SIC · INTRA · NE POSTMODVM · QVERARIS · AVT · HEREDI TVO
CONTROVER*si*AM · RELINQVAS LEXS · COLLEGI
*plac*IT · VNIVERSIS VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI · NOMINE
HS · C · N · ET · *vini* BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES SING · A · V 7 ITEM · PLACVIT VT QVISQVIS MENSIB
CONTIN ... · NON · PARIAVERIT ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR
ETIAMSI · *tes*TAMENTVM · FACTVM HABVERIT 7 ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC CORPO
RE N · PARIATV*s* DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC N EX QVA SVMMA DECEDENT EXE
QVIARI · NOMINE · HS L · N QVI AD ROGVS DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR
ITEM PLACVIT QVISQVIS A MVNICIPIO VLTRA MILLIAR XX DECESSERIT ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DEBEBVNT
ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM · AGANT ET RATIONEM POPVLO REDDERE DEBEBVNT
SINE DOLO MALO · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA · INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPLVM QVIBVS
IVS DABITVR · HOC · AMPLIVS · VIATICI NOMINE VLTRO · CITRO · SING · HS XX · N · QVOD SI LONGIVS
VLTRA MILL · XX · DECESSERIT · ET NVNTIARI · NON POTVERIT · TVM IS · QVI · EVM FVNERAVERIT TESTA
*tabu*LIS SIGNATIS · SIGILLIS CIVIVM ROMANOR · VII · ET PROBATA CAVSA · FVNERATICIVM · EIVS · SA
*tisdab*IVS NEMINEM PETITVRVM · DEDVCTIS · COMMODIS · ET · EXEQVIARIO · E LEGE COLLEGI DARI
*in co*LLEGIO DOLVS · MALVS · ABESTO · NEQVE · PATRONO · NEQVE · PATRONAE NEQVE D*omino*

Primus descripsit Nic. Ratti et edidit in actis academiae pontif. archaeologicae vol. II (1825) p. 462 cum commentario p. 437—461 lecto in conventu sociorum academiae d. 18 Mart. 1824. Inde repetiverunt Cl. Cardinali *diplomi militari* n. 510 ad p. 264 et Mommsen in tabula adiuncta ad librum inscriptum 'De collegiis et sodaliciis Romanorum' (Kiliae 1843. 8º.). — Post Rattium tabulam examinaverunt a. 1847 Henzenus et Mommsenus, quorum hic de eis quae in re praesenti enotaverat rettulit in ephemeride *Zeitschrift für gesch. Rechtswissenschaft* vol. 15 (1850)

Rattius non magis integram vidit quam ego; contra Mommsenus et Henzenus anno 1847 fragmenta nonnulla cum reliquis non coniuncta invenerunt, quae nec Rattius viderat neque ego nuper data opera inquirens in aedibus Frezza repperi. Pertinent ex his fragmentis alia ad col. I v. 11—16, ubi ea vides distincta litteris inclinatis; alia quo pertinuerint, ipsi Henzenus et Mommsenus non definiverunt; sunt autem haec:

a [illegible]

b A · COR
ERISC

c LEI

Fragmentum *a* superesse ex praescriptione adnotavit Mommsen, motus sine dubio magnitudine litterarum; hoc si verum est, pertinuit ad M litteram vel ad AN litteras in POMPEIANO. — Fragmentum *b* si re vera ad hanc inscriptionem pertinuit, nullo alio loco potest stetisse nisi col. I, 29—34 in.;

vato il marmo, è una camera appartenuta già ad un pubblico bagno, non facendone dubitare i tubi di terra cotta pur ivi rinvenuti, ai quali communicavasi il calore da un vicino forno in parte ancora esistente. Sussistono non meno considerabili avanzi de' muri di quella camera; e che in uno di essi fosse incastrata la lapida, è egualmente certo, essendosi ritrovate nella stessa circostanza le due spranghe di ferro con i loro chiodi, che alla medesima tenevanla assicurata; cosicchè vedesi chiaro, che col rovinare della muraglia cadde la lapida e ne seguì allora il di lei spezzamento.

POMPEIANO COS · A · D · V · IDVS · IVN
NEQVE DOMINAE NEQVE CREDITORI · EX · HOC · COLLEGIO · VLLA · PETITIO ESTO NISI · SI QVIS · TESTAMENTO · HERES
NOMINA[illegible] ERIT · SI QVIS · INTESTATVS · DECESSERIT · IS · ARBITRIO · QVINQ · ET · POPVLI · FVNERABITVR
ITEM · PLACVIT · Quisquis · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS · A · DOMINO · DOMINAV*e*
sic INIQVITATAE · SEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TABELLAS · FECERIT · EI FVNVS · IMAG*ina*
RIVM · FIET 7 ITEM · PLACVIT · QVISQVIS EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI ADSCIVERI*t*
EIVS · RATIO · FVNERIS · NON · HABEBITVR
ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT IS · DARE DEBEBIT VINI *bo*
NI · AMPHORAM 7 ITEM · PLACVIT QVISQVIS · MAGISTER · SVO · ANNO · ERIT · EX · ORDINE · A*lbi*
AD CENAM · FACIENDAM · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET HS XXX N
INSEQVENS · EIVS · DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEBIT
ORDO · CENARVM · VIII ID MAR · NATALI · CAESENNI · [ ] · PATRIS · V · K · DEC · NAT · ANT*inoi*
IDIB · AVG · NATALI · DIANAE · ET · COLLEGI · XIII · K · SEPT · NA*t caes*ENNI · SILVANI · FRATRIS · PR · N
NATALI · CORNELIAE · PROCVLAE · MATRIS XIX · K · IAN NA*tal caes*ENNI · RVFI · PATR · MVNIC

MAGISTRI · CENARVM · EX · ORDINE · ALBI · FACTI · QVOD ORDINE · HOMINES · QVATERNI · PONERE DEBEB*unt*
VINI · BONI · AMPHORAS · SINGVLAS · ET · PANES · A · II QVI · NVMERVS COLLEGI FVERIT ET SARDAS · NV
MERO QVATTVOR · STRATIONEM CALDAM CVM MINISTERIO
ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALIS · IN · HOC COLLEGIO · FACTVS FVERIT · IS · A · SIGILLIS · EIVS · TEMPORIS
QVO QVINQVENNALIS · ERIT · IMMVNIS · ESSE · DEBEBIT · ET · EI · EX · OMNIBVS · DIVISIONIBVS PARTES · DVP*las*
DARI · ITEM · SCRIBAE · ET · VIATORI · A · SIGILLIS · VACANTIBVS · PARTES · EX · OMNI · DIVISIONE SESQVIP*las*
DARI · PLACVIT
ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALITATEM · GESSERIT · INTEGRE · EI · OB HONOREM · PARTES · SE*squi*
PLAS · EX OMNI · RE DARI · VT · ET · RELIQVI · RECTE · FACIENDO · IDEM · SPERENT
ITEM · PLACVIT · SI QVIS · QVID QVERI · AVT · REFERRE · VOLET · IN CONVENTV · REFERAT · VT · QVIETI · ET
HILARES · DIEBVS SOLLEMNIBVS · EPVLEMVR
ITEM PLACVIT · VT · QVISQVIS · SEDITIONIS · CAVSA · DE · LOCO IN ALIVM · LOCVM TRANSIERIT EI · MVLTA · ES
TO HS IIII · N · 7 SI QVIS AVTEM IN OBPROBRIVM · ALTER · ALTERIVS · DIXERIT · AVT TV*mul*
TVATVS · FVERIT · EI · MVLTA ESTO · HS · XII N · 7 SI QVIS QVINQVENNALI · INTER EPV*las*
OBPROBRIVM · AVT · QVID · CONTVMELIOSE DIXERIT EI · MVLTA · ESTO · HS · XX N
ITEM · PLACVIT · VT · QVINQVENNALIS · SVI · CVIVSQVE TEMPORIS · DIEBVS SOLLEMN*ibus ture*
ET · VINO · SVPPLICET · ET · CETERIS · OFFICIIS · ALBATVS · FVNGATVR · ET · DI*ebus natalibus*
DIANAE · ET · ANTINOI OLEVM · COLLEGIO · IN · BALINIO · PVBLICO · PO*nat antequam*
EPVLENTVR

p. 357 seq., Henzenus totam inscriptionem denuo edidit in supplemento sylloges Orellianae n. 6086. Hoc exemplum repetiverunt Wilmanns ex. inscr. n. 319 et Bruns fontes iuris ed. 4 p. 246. — Denuo ego a. 1878 iterumque a. 1882 totam inscriptionem attente perlegi.

sed ne huic quidem loco aptum est; videturque potius hoc fragmentum, cui idoneum locum in inscriptione Henzenus et Mommsenus coram non invenerunt, ab ea esse separandum.

Adscripsi varias lectiones priorum potiores. In praescriptione VETVLENO priores, male. — I, 7 INFERIORI Card., errore. — 11—16 quae inclinatis expressa sunt, debentur Mommseno (*Zeitschr. f. Rechtsw.* l. c. p. 358. 361) et Henzeno. — 12 IT] II Ratti. — 17—21 ea, quae supplevimus, exhibet Ratti tamquam viderit. — 19 LEX priores omnes. — 22 ante NON quae fuit littera, aut R fuit, unde neglegenter Rattius edidit CONTINENTER, aut X; videtur fuisse in lapide CONTINVIS·SEX vel CONTINVIS·X. — 23. 24 paucas litteras a nobis suppletas tamquam sibi visas exhibet Ratti. — 24 CCC] CCCC Ratti, male; correxerunt Mommsen (*Zeitschr. f. Rechtsw.* l. c. p. 362) et Henzen. — 25 L] I Ratti, male. — 28 MALO Ratti. — 29 in. duodecim circiter litterae perierunt; totidem in vv. 30 seq. — 31 in. ....IS Ratti, unde Mommsenus suppleverat *tabulis*; non recte autem Henzenus vestigia litterae quae extat ante IS obstare ei supplemento putavit; immo est in lapide (LIS. — 32 in. |VS potius lapis quam, quod dedit Henzen, ...IS. — COLEGI Henz., non recte. — II, 1. 2 ut integros exhibet Ratti. — 14 inter QV et O duae vel, ut plurimum, tres litterae perierunt. — 17 IS om. Ratti. — 23 REFERANT priores, male. — 26. 28 OBBROBRIVM Henz., non recte.

Ad interpretationem legis post Mommsenum (de collegiis et sodaliciis p. 98—115), cuius sunt supplementa pleraque, nonnulla contulit Max Cohn *zum röm. Vereinsrecht* (Berl. 1873) p. 101 seq. 139 seq.

[L. Ceionio] Commodo Sex. Vettuleno Civica Pompeiano cos. a. d. V. Idus Iun(ias)

I, 1. 2 *[Lanuvii*[1]*) in] templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus | [patro-*
3 *nu]s*[2]*) municipi conventum haberi iusserat per L. Pompeium | ...um, q(uin)q(uennalem) cultorum Dianae et Antinoi, pollicitus est se |*
4 *[conl]aturum*[3]*) eis ex liberalitate sua (sestertium quindecim) m(ilium)*
5 *n(ummum) usum, die | [natal]is Dianae idib(us) Aug(ustis sestertios*
6 *quadringenos) n(ummos), et die natalis Antinoi, V k(alendas) | [De-c(embres)], (sestertios quadringenos) n(ummos); et praecepit legem ab*
7 *ipsis constitutam sub tetra[stylo A]ntinoi parte interiori perscribi in verba infra scripta: |*
8 *[M. Antonio Hiber]o P. Mummio Sisenna cos. kal(endis) Ian(uariis)*
9 *collegium salutare Dianae | ....*[4]*) et Antinoi constitutum, L. Caesennio*
10 *L. f. Quir. Rufo dict(atore tertium) idemq(ue) patr(ono). | Kaput*
11 *ex s(enatus) c(onsulto) p(opuli) R(omani): | Quib[us coire co]nvenire*
12 *collegiumq(ue) habere liceat. Qui stipem menstruam conferre vo[len]t in fun]era, in it collegium coeant, neq(ue) sub specie eius collegi nisi*
13 *semel in men[se c[oeant co]nferendi causa, unde defuncti sepeliantur. |*
14 *[Quod fa]ust[um fe]lix salutareque sit imp. Caesari Traiano Hadriano*
15 *Aug(usto), totiusque | [do]mus* [scr. *totique domui*] *[Aug.], nobis, [n]ostris collegioq(ue) nostro, et bene adque industrie contraxerimus,*
16 *ut | [e]xitus d[efu]nctorum honeste prosequamur! Itaq(ue) bene con-*
17 *ferendo universi consentire | debemus, u[t long]o tempore inveterescere possimus.*
18 *Tu qui novos in hoc collegio | intrare vole[s, p]rius legem perlege*
19 *et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo | controver[si]am relinquas.*

Lexs collegi. |

20 *[Plac]uit universis, ut, quisquis in hoc collegium intrare voluerit,*
21 *dabit kapitulari nomine | (sestertios centum) n(ummos) et vi[ni] boni amphoram, item in menses sing(ulos) a(sses quinos).*
22 *Item placuit, ut quisquis mensib(us) | contin[uis se]x? non pari-averit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, |*
23 *etiamsi [tes]tamentum factum habuerit.*
24 *Item placuit: quisquis ex hoc corpo[re n(ostro) pariatu[s] de-cesserit, eum sequentur ex arca (sestertii trecenti) n(ummi), ex qua*
25 *summa decedent exe[quiari nomine ~~HS~~ (quinquaginta) n(ummi), qui ad rogus dividentur; exequiae autem pedibus fungentur. |*
26 *Item placuit: quisquis a municipio ultra milliar(ium vicesimum)*
27 *decesserit, et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt. | electi ex corpore n(ostro) homines tres, qui funeris eius curam agant, et rationem*
28 *populo reddere debebunt | sine dolo m[alo]; et si quit in eis fraudis*
29 *causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus | [funerati-cium]*[5]*) eius dabitur, hoc amplius viatici nomine ultro citro sing(ulis)*
30 *~~HS~~ (viceni) n(ummi). Quodsi longius | [a municipio su]pra mill(iarium vicesimum) decesserit et nuntiari non potuerit, tum is qui eum fune-*
31 *raverit, testa[tor rem tabu]lis signatis sigillis civium Romanor(um*
32 *septem), et probata causa funeraticium eius, sa[tis dato ampli]us*
33 *neminem petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege collegi dari [ei debebit].*
[A n(ostro) co]llegio dolus malus abesto. Neque patrono neque
II, 1 *patronae neque d[omino] | neque dominae neque creditori ex hoc*
2 *collegio ulla petitio esto, nisi si quis testamento heres | nomina[tu]s erit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq(uennalis) et po-puli funerabitur. |*
3 *Item placuit: q[ui]squis ex hoc collegio servus defunctus fuerit et*
4 *corpus eius a domino dominav[e] | iniquitatae* [scr. *iniquitate*] *se-pulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei funus imag[ina]-*
5 *rium fiet.*
Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adscive-
6 *ri[t] | , eius ratio funeris non habebitur. |*
7 *Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit,*
8 *is dare debebit vini [bo]ni amphoram.*
Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine al[bi] |
9 *ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae in-*
10 *feret ~~HS~~ (triginta) n(ummos); | insequens eius dare debebit, et is eius loco restituere debebit. |*
11 *Ordo cenarum: VIII id(us) Mar(tias) natali Caesenni ..... patris.*
12 *V kal(endas) Dec(embres) nat(ali) Ant[inoi]. | Idib(us) Aug(ustis) natali Dianae et collegi. XIII k(alendas) Sept(embres) na[t(ali)*
13 *Caes]enni Silvani fratris. Pr(idie) n[onas ...] | natali Corneliae Pro-culae matris. XIX k(alendas) Ian(uarias) na[tal(i) Cae]senni Rufi patr(oni) munic[ipi]. |*
14 *Magistri cenarum ex ordine albi facti qu[oqu]o ordine homines qua-*
15 *terni* [immo *quaternos*] *ponere debe[unt] | ; vini boni amphoras singulas et panes a(ssium duorum) qui numerus collegi fuerit, et*
16 *sardas n[u]mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |*
17 *Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus*
18 *fuerit, is a sigillis eius temporis | , quo quinquennalis erit, immunis*
19 *esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes dup[las] | dari.*
Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni di-
20 *visione sesquip[las] | dari placuit. |*
21 *Item placuit, ut quisquis quinquennalitatem gesserit integre, ei ob*
22 *honorem partes se[squi][plas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent. |*
23 *Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu*
24 *referat, ut quieti et | hilares diebus sollemnibus epulemur. |*
25 *Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum*
26 *transierit, ei multa es[to ~~HS~~ (quattuor) n(ummum). — Si quis autem in*
27 *obprobrium alter alterius dixerit aut tu[mul]tuatus fuerit, ei multa esto*
28 *~~HS~~ (duodecim) n(ummum). — Si quis quinquennali inter epul[as] | obpro-brium aut quid contumeliose dixerit, multa esto ~~HS~~ (viginti) n(ummum). |*
29 *Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus sol-*
30 *lemn[ibus ture] | et vino supplicet et ceteris officiis albatus fungatur,*
31 *et die[bus natalibus] | Dianae et Antinoi oleum collegio in balinio*
32 *publico pon[at antequam] | epulentur.*

---

1) *Lanuvii in municipio* supplevit Mommsen; sed spatium non sufficit.

2) [*dict. III et patronu*]*s* supplevit Mommsen ex v. 9.

3) [*in annum d*]*aturum* supplevit Mommsen; quo supplemento spatium videtur aliquantum excedi, praeterea *se in annum daturum sestertium* tot *millium usum* parum apte dicitur pro *se daturum sestertium tot millium usuras annuas.* — Usurae computantur quincunces cum unciae triente ($5^1/_3$%), (qui adiectus est, ut summae rotundae efficerentur.

4) Periit fortasse agnomen Dianae.

5) Supplevit Henzen; aliter Mommsenus, deceptus lectionibus Rattii hic et supra v. 25.

4174 *nel porto fatto da Claudio e poi accresciuto da Traiano, all' intorno è circondato da grossi muri che racchiudono la darsena che presenta la figura di una palude. di tanto in tanto vi si vedono messe all' intorno delle colonne di cipollino .... nelle quali sono scolpite certi numeri li quali si crede che corrispondono alli magazzini le di cui muraglie ancora oggi vi esistono in piedi.* Haec P. L. Ghezzi in cod. Ottob. 3108 f. 135, unde enotavit Lanciani *bull. municipale* 10 (1882) p. 225. Addit Lancianius, adiectam esse a Ghezzio imaginem unius ex illis columnis, *con cartellino scorniciato ansato ai due terzi del fusto. Il cartellino è anepigrafo, ma più in alto v' è inciso il numero progressivo* XXXI. *Un' altra colonna portava il numero* XXXIV.

4175 Ostiae, *graffito sui mattoni di un pilastro nei granai.*

VII · D
VIII K D
XV
XVIII K I
XVIII K I

Lanciani *notizie* 1886 p. 165. Cf. n. 2036.

II. LAVRENTES VICO AVGVSTANO (p. 183).

Q. Hortensius in agro Laurenti silvam habebat supra quinquaginta iugerum maceria saeptam, ubi cervorum aprorum et ceterarum quadripedum multitudinem alebat (Varro r. r. 3, 13, 3). — Augustum, a quo vicus Augustanus Laurentium sine dubio nomen accepit, praedia habuisse in agro Laurente fortasse colligi potest ex narratiuncula quam Gellius 10, 2 refert citans auctores qui temporum Augusti historiam scripserunt, ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente uno partu quinque pueros edidisse.

IV. LAVINIVM (p. 186).

4176 Praticae.

AVGVS//F//
*augusti pontif*ICIS · MAXIMI
trib. pot. XXXVIII a. 36/7
*sp. turranius l. f.*FAB · PROCVLVS
*gellianus fla*MEN · DIALIS
*flamen marti*ALIS · PRAEFECT
TO · IVNONIBVS
d · D

Henzen *Mitth. des arch. Inst.* 1 p. 122 ad apographum Mommseni (mense Apr. 1885) recognitum ab Helbigio.

2—4 significatur sine dubio Tiberius, qui solus tricesimam octavam tribuniciam potestatem attigit. Initio fuisse [*honori Ti.*] *C*[*a*]*e*[*saris divi*] *Augus*[*ti*] *f.* coniecit Henzen. — 5 seq. qui titulum posuit Proculus tribu Fabia vix dubium est quin idem sit cum Sp. Turranio L. f. Sp. n. L. pron. Fab. Proculo Gelliano, qui in inscriptione Pompeiana huius Corp. vol. X n. 797 scripta inter annos p. C. 47 et 54, ut arguit litteratura Claudiana, dicitur fuisse apud Laurentes *flam(en) Dialis, flam(en) Martial(is)*, praeterea aliis multis honoribus et sacerdotiis Lavinii functus esse, de quibus dixi supra p. 188. Munera haec non omnia hic enumerantur, sive quod Proculus partem eorum post annum 37 demum adeptus est, sive quod potiora memorare satis habuit. — 6. 7 inter flamonia Diale et Martiale num interposita fuerit mentio saliatus vel alius cuiusdam sacerdotii, non liquet. Praefectura nude dicta videtur esse praefectura iure dicundo. — V. 8 TO superesse crediderim ex appellatione numinis, cui una cum Iunonibus Proculus hunc titulum dicavit; [*ex vo*]*to* proposuit Bormann.

V. LANVVIVM (p. 191).

ad p. 191. Coniectura de Maecia tribu Lanuvinorum firmatur titulo infra edito n. 4179.

ad n. 2094. Exhibet Marinius etiam in epistula ad Olivierium data Albani d. 1 Apr. 1774 (quae extat Pisauri in bibliotheca Olivieriana ms. n. 335 tom. 1 f. 97), non aliter atque in schedis Vaticanis.

ad n. 2109. Vv. 1—4 delineavit Huebner ex. script. epigr. n. 100.

ad n. 2112. Specimen scripturae (praescriptionis partem sinistram et col. I vv. 1. 2) dedit Huebner ex. n. 1076. — In praescriptione VETVLENO Huebner, male (contra ipsius ectypum).

ad n. 2128. V. 1 [*Dianae Nem*]*orens(i) et* .. supplevit Hirschfeld.

ad n. 2145 *a*. Tomasettius *archivio della società rom. di storia patria* 7 (1884) p. 448 (= *la campagna romana nel medio evo* 1 p. 594) descripsit sic:

D M
L MYR
TILONV
MNOQV
PIISSIMO
FI · AVRL
FILIOM
MAINIVS
B M · P

ad n. 2150 *a*. Edidit I. Savile Lumley in ephemeride Londiniensi *Archaeologia* vol. 49 (1886) p. 377 sic: AIM····IVCV.

4177 *lastrina circolare di marmo bianco, del diametro di m. 0,10, con un foro nel mezzo.* Rep. Civita Lavinia.

Dedi apographum Struttii missum mihi a Gattio; ab eodem pendere videtur I. Savile Lumley in ephemeride Londiniensi *Archaeologia* vol. 49 (1886) p. 377.

Fortasse titulus thesauri, ut Corp. IX, 5803. Nomen dedicantis fuit sine dubio *Q. Labe*[*rius*] *Q. f.* Cognomen Iovis num recte exceptum sit, dubito.